



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Thesavrvs|| Locorum|| Commvnivm|| Jvrisprvdentiaē

Barbosa, Agostinho

Lipsiæ, 1697

Cap. X. Emergere.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80071](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80071)

CAP. X.
Emergere.

EMERGENS novum novo indiget auxilio, & in rebus novis novum est remedium & consilium suggerendum, [l. 10. §. 1. ff. qui satidar. cog. l. non est. 12. ff. de transact. l. ille à quo 13. §. 4. ad Trebell. l. 1. in fin. ff. quod de pecul. act. annal. l. 1. in princ. ff. de ventre inspiciend. l. de etate 11. §. ex causa. 8. ff. de interrog. action. l. si jure 18. ff. de legat. 3. l. mater decedens 19. ff. de inoff. testam. l. oratione 7. ff. de feriis. cap. fin. de in integr. restit. minor. [Vid. Welsenb. 5. conf. 235. num. 31.] Petrus de Anchar. conf. 84. Domina Azolina. n. 5. Roman. in l. si verò. §. de viro. n. 83. ff. solut. marit. Rolandus à Valle conf. 2. num. 159. cum seqq. lib. 2. Cravett. conf. 264. n. 5. & 6. ubi ponit plura exempla, Thomas de Thomaſſet. in florib. reg. 248. ubi intelligit, quando accidentaliter & inopinato aliquid novum emergit, Surdus conf. 418. num. 9. Cardin. Tusch. pract. conclus. tom. 3. lit. E. conclus. 145. per totam. & lit. D. conclus. 502. num. 36. Anton. Monach. Lucens. decis. 21. num. 32. Gonzal. ad reg. 8. Cancell. gloss. 4. num. 97. Octav. Glorit. resp. 1. part. 3. num. 221. Nova enim res novum consilium capit, Ancharan. consil. 204. Punctum unius. num. 12. & novis morbis nova convenit antidota preparari, cap. ceterum. de juramento calumnie. Testaur. Ped. m. decis. 239. num. 11. cum seqq.

Amplia axioma in constitutionibus, quæ tendunt ad noxam; nam ex superveniente causa ab eis recedere licet, Cravett. d. consil. 264. num. 5. Anchar. d. conf. 84. n. 4. Rolandus à Valle d. conf. 1. n. 159. lib. 2. & in pactis Anchar. d. n. 4. & in omni promissione, etiam de non offendendo, Cravett. d. conf. 264. num. 4. & 6. ubi etiam in locatione, in legibus & statutis, item & in testamentis. Anchar. d. conf. 84. n. 3. & 4. Roland. à Valle d. conf. 1. n. 159. Cravett. d. conf. 264. n. 5. qui idem dicunt in juramento.

Amplia secundò in privilegio, ut per Anchar. d. conf. 84. n. 4. & 5. Cravett. d. conf. 264. num. 5. Rolandus à Valle d. conf. 1. num. 161. & seqq. nam si tendit ad iniqum, vel incipit esse damnosum, non est observandum, Rolandus à Valle d. conf. 1. num. 158. & 160. lib. 2. Menoch. conf. 350. num. 27. Bardel. conf. 22. num. 10. Cæf. Barz. decis. 118. num. 8. Octav. Glorit. resp. 1. p. 3. num. 191.

Amplia tertio in materia probationum. Nam licet post publicatas attestaciones & didicita testificata non admittatur nova probatio, tamen super emergenti de novo bene admittitur. Clem. 2. de testibus. Signorol. conf. 23. num. 6. & 7. Mascard. de probation. concl. 118. Joan. Garc. de nobilit. gloss. 46. num. 6. Cardin. Tusch. d. conclus. 145. num. 20. Stephan. Gratian. disceptat. forens. c. 158. Bernhard. Grav. ad pract. Camera Imper. lib. 1. conclus. 128. Mendez. à Castro in praxi Lusit. lib. 1. cap. 19. num. 12. Amat. Roderic. in pract. cap. 8. num. 7.

Amplia quarto in materia recusationis; nam licet exceptio suspicionis allegari non possit post litem contestatam, l. apertissimi 16. C. de judic. cap. pastoralis. de except. tamen ex causa de novo emergenti bene potest, secundum Mascardum de probat. conclus. 952. n. 35. Bernhard. Muscatel. in praxi aurea civili Neapolit. p. 2. gloss. competens. num. 55. Amat. Roder. in pract. cap. 10. num. 70. Stephan. Gratian. disceptat. forens. cap. 100. num. 32. ubi ampliat etiam post conclusum in causa, dummodo causa recusationis habuerit ortum post conclusionem, & num. 31. subdit, quod super hoc deferendum est iuramentum ab ipso recutato.

CAP. XI.
De Emphyteusi conf. tit.
Locatio.

Axioma I.

Quæcunque dispositio ad conservationem fundi ejusque majorem utilitatem spectat, ea licita est emphyteuta.

Ratio: quia finis emphyteuseos constituta est melioratio, & acquirit sibi emphyteuta utile dominium l. 1. §. 1. ff. si ager velletig.

Exempl. Poterit igitur Emphyteuta servitutum fundo acquirere, faciem fundi etiam in melius mutare, Welsenb. ad ff. Tit. si ager velletig. §. 32. non verò potest arbores fructiferas exscindere, neque domum destruere ut faciat aream. Bald. in l. 1. in fin. C. de Jue. emphyt.

II.

Quæcunque incommoda rei accidunt tantum, illam verò non omnino destruunt, illa emphyteutam à Canone solvendo non liberant l. 1. C. de Jure Emphyteut. Quamdiu enim res adhuc existit, tamdiu remanet dominium directum, in cuius recognitionem Canon solvitur.

Exempl. hinc domo combusta canon propter aream ab emphyteuta præstandus. arg. d. l. 1. neque sterilitas liberabit emphyteutam à Canone. Carpz. P. 3. C. 38. def. 19. neque inundationes, chafmata, hostiumque incursiones. Gail. L. 2. obs. 23. n. 23.

Limit.